

# AVGVSTINI BARBOSÆ,

## I.V.D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,

OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSULTORIS,  
& insignis Ecclesie Vimaranensis Thesaurarij maioris,

NVNC VERO EPISCOPI VIDENTINI, ET A CONSILIIS  
D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici,

## COLLECTANEA DOCTORVM, TAM VETERVM QVAM RECENTIORVM.

### IN IUS PONTIFICIVM VNIVERSVM.

### TOMVS QUARTVS.

QVINQUE LIBRI SEXTI DECRETALIVM, CLEMENTINÆ  
item, & Extrauagantes tum viginti IOANNIS Pape XXII.  
tum etiam communes

Praefixi sunt INDICES, Auditorum, Librorum, Titularum, & Capitularum; nec non  
Capitularum, & Legum incidenter discussarum, percommodi.

Vtima editio ab ipso met Auctore audit, recognita & mendis expurgata.



LUGDVNI.

Sumpt. PHIL. BORDE, LAVR. ARNAVD, & PETRI BORDE.

M. DC. LXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





SANCTISSIMO  
AC BEATISSIMO PATRI  
**VRBANO VIII.**  
PONT. OPT. MAX.  
**AVGVSTINVS BARBOSA**  
LV SITANVS.

**D**OCTORVM Collectanea in ius vniuersum, quæ in XII. Tomos tanquam in totidem riuulos, dieive horas effundere anno sæculari proximo sub felicissimis tuis, BEATISSIME PATER, auspiciis cœperam, cursum intermittere, aut diuertere, Te annuente, mouente, & approbante, non poterant, quin à te inciperent, atque in te tandem desinerent. Si namque riuuli ad vniuersum suum salem vnde saporem, soporémque inueniant, dilabuntur, diésque ad solem vnde calorem, & colorem duxerant, reuocantur. Ita mearum ego lucubrationum horas ad te lumen & aquarum fontem iure optimo dirigo. Quis enim Christiani te mundi salem & solem, quis oculum, & Oceanum non suspiciat,



# COLLECTANEA DOCTORVM.

Tam veterum, quam recentiorum, qui super singulos Textus,  
& Glossas Libri VI. Decretalium ex professo,  
vel incidenter scripsierunt.

## IN PROOEMIVM LIBRI VI. DECRETALIVM.

### S V M M A R I V M.

1. *Sextus Liber Decretalium à quibus compilatus, ostenditur.*
2. *Bonifacius VIII. fuit nazione Hernicus, patria Anagninus, familia Caetani.*
3. *Papa quare Episcopus se nominet, remissio.*
4. *Seruum servorum Dei cur Papa se dicat, & quis se ita incepit nominari, remissio.*
5. *Papa appelles Episcopis fratres, alii vero filios.*
6. *Primelia scholastica omnibus concessa competit etiam Grammaticis.*
7. *Solitanda usus antiquissimus est.*
8. *Compilares Sexti unde originem traxerint, remissio.*
9. *Presumptio bona oritur ex bona nomine.*
10. *Papa cum ad suum Apostolatus apicem eucachur, quare naret nomine.*
11. *Ecclesias & confirmatione ante consecrationem dicuntur Episcopis, & Abbas ecclesias dicuntur Abbas ante benedictionem.*
12. *Ordines sunt mox, & est contra Theologos, qui dicunt esse septem.*
13. *Papa nullus est maior.*
14. *De modico non est cur andam.*
15. *Studiose licet scholar non frequenter, sed domi repetendo fruatur, gaudet prizlegius scholarium.*
16. *Sacramentalia quibus venialia remittuntur, que sunt remissio.*
17. *Vicariorum quis sit.*
18. *Rubrica allegari possunt ad decisionem causarum, si orationes perfectas continant.*
19. *Argumentum à rubrica est optimum, & validum.*
20. *Numerus separarum est perfectus, & plura de eo, remissio.*
21. *Infans durat usque ad septimum annum.*
22. *Pueritia insipit à septennio, & durat usque ad pubertatem.*
23. *Senectus dicitur ab anno 50 superfecto usque ad 70.*
24. *Vix post compilationem factam à Gregorio IX. dicitur Successorum Pontificum constitutiones editae à tempore dicti Gregorij, usque ad Bonifac. VIII. extra volumina vagabuntur, ideo Boni-Barby. Collect. Tom. IV.*

facies ipse per Gailelum Archiepiscopum Eboracensis, & Berengarium Episcopum Britonensis, magistrum Richardum de Senis S. R. E. Vicarancellatum fecit illas redigere in unam volumen, quas vocavit in futurum in iudiciis, & scholis facie utiles, aliquas adiicias etiam de suis, reliquas vero, quas superflua exstimator, omnino rescamit, praicipiens ut in iudiciis & scholis omnes his Decretalibus vicerentur.

*Bonifacius.]* Papa VII. natione Henricus, patris Anagninus, Familia Caetanius, anno 1294. Pontifex Maximus, creatus est. Compilatio illa fuit facta anno Domini 1294. Platina in vita ipsius Bonifacii. & Fr. Jacob. Philip. Eremita. in sua Chronica.

*Episcopus.]* Quis Papa Episcopus se nominet dixi in collectan. ad proem. Decretal. à cum. 7. cum sagittis, & in tractat. de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 2. anno 120.

*Seruum servorum Dei.]* Quid causa cur Pontifex Max. se dicit seruum servorum Dei, & quis se ita incepit nominari, dixi pariter ad d. proem. Decretalium, n. 13. cum multis seqq. & d. tract. de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 2. n. 29.

*Dilectis filiis.]* Multis iam retro saeculis inolevit usus ille, ut S. D. Papa cum Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, & Cardinalibus felibit, fratres appellent tanquam in officio coadiutores; cito autem aliis, filios; & quidem optima ratione, ut quemadmodum, inquit Rebuff. ad seruum mandati, verbo, dilectis filiis, Deus Opt. Max. pater est, & creator omnium, ita eius in terris Vicarij filii sumus, cura & honore, quia cura omnia gerit, & vt ostendit Bonifac. ad proem. Clement. col. 1. nr. 4. utque huc scribendi forma nisi seruata fuerit, presumuntur scriptum fallit, cap. quodam gravi, de critinae falsi, Alciat. in l. inter claras, & de summa Trinit. Flamin. Patil. de resignat benef. tom. 2. lib. 3. q. 7. n. 104.

*Veneris scholaribus.]* Notatur ad hoc quod priuilegia scholaris omnibus concessa, competit etiam Grammaticis, & literatum studiofis, ut per Rebuff. de priuileg. scholaris. priuile. vlt.

*Salutem, Vix iste salutandi non modo Christianis iam diu receptus est, ut constat ad Philip. cap. vlt. 1. Theſſal. cap. vlt. 1. cap. vlt. & alibi, verum etiam Etimeticis ipsis, qui etiam post nomina illam adiiciebant, licet interdum illi omittentes, præfertim Reges, quasi per*